



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

VIII. Die Herzogin Agnes schenkt Borchard von Bartensleben einen Platz in  
Salzwedel, im Jahre 1320.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

sepe dicta dimidia marca ad altare supradictum in perpetuum pertinebit, ius patronatus autem altaris memorati ad consules pertinebit civitatis supra dicte. Testes huius facti sunt dominus Thidericus, dominus Bernardus et dominus Wernerus, fratres, dicti de Schulenborch, milites, Bodo de Walstaue, Bodo de Cytenitze et alii quam plures fidedigni, in quorum omnium evidentiam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini Millesimo tricentesimo vigesimo, in die Johannis baptiste et martyris.

Gercken's Fragm. III, 61—63 mit der Jahreszahl 1325.

VIII. Die Herzogin Agnes schenkt Borchard von Bartensteben einen Platz in Saltwedel, im Jahre 1320.

Nos Agnes — Ducissa Brunswicensis, recognoscimus — quod inspectis meritis militis nostri honesti Borchardi de Bertensfleue contulimus eidem ac dedimus sincere ortum situm in Bukhorninge ante civitatem in Saltwedele, qui quondam erat civium quorundam dictorum de Snega, iusto pheodi et donacionis titulo — possidendum —. Testes sunt Gherardus de Kercowe, Wernerus de Schulenborch, milites, Hunerus de Knefebecke et Bodo de Walstaue, famuli. Actum et Datum Soltwedele, Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. vigesimo, per manum Hermanni de Luchow.

Nach dem Originale im Wolfenburger Archive.

IX. Agnes, Herzogin von Braunschweig, überläßt der Gemahlin Conrad's von Osterburg die Dörfer Meßdorf und Speningen zum Leihgedinge, am 21. Juni 1322.

Agnes, gracia Dei Ducissa in Brunswik ac Antiquae Marchie Domina, Recognoscimus in hiis scriptis, quod honeste Domine Ghillen, vxori domini Conradi de Osterborch contulimus duas villas scilicet Mezstorp et Speninge cum omni fructu et proventu nec non jure sicuti Dominus Conradus predictus eius contoralis habuisse dinoscitur iure dotaltii ad sue vite tempora possidendas misimusque eandem in possessionem predictarum villarum per dominum Henricum Luech . . . missione debita et consueta. Ne huius rei in posterum dubium oriatur hanc literam super hoc nostro sigillo dedimus sigillatam. Testes huius sunt Dominus Conradus de Osterborch, Dominus al. de Aluenfleue, Dominus Jordanus de Campe, Anna (sic) Drozce,